

para tranquilizar mi conciencia y asegurar el acierto; los he propuesto, así que solo me resta esperar que V. E. se sirva comunicarme así como á mi Cabildo su última resolución con presencia de lo expuesto.

En cuanto á lo demas, Dios sabe que no busco intereses particulares, y así no hago caso de los tiros disparados y que se repitan por lo que hace á mi persona. Mas deseo con todo el corazon el mayor bien y exaltacion de la Religion y de la Iglesia; vigilemos pues, confortémonos, y trabajemos varonilmente por su causa, esperando en la cruz de Jesucristo que nos dará seguramente la victoria.

Dios guarde á V. E. muchos años. Bayona 19 de abril de 1822. = Excelentísimo Señor. = B. L. M. de V. E. su mas afecto Hermano y servidor. = Gerónimo, Obispo de Tarazona. = Excelentísimo Señor Nuncio de su Santidad en Madrid.

P. D. Hoy 20 de abril. = Escrita esta recibo carta de mi Cabildo en que me da cuenta de la orden que le ha comunicado el Señor ministro don Nicolás Gareli con fecha de 27 de marzo último, y de la representacion que en su vista ha hecho á S. M., añadiendo que de todo ha dado parte á V. E. La providencia indicada es anterior á la conversacion que tuvo con V. E., y por esto no sé si se puede esperar resulta favorable.

Estoy pronto á todo, y á sostener mis ovejas y llenar mi ministerio hasta el último aliento; así que solo espero la contestacion de V. E. para obrar de acuerdo y con oportunidad.

*Copia del papel que se cita.*

Nos el doctor don Manuel Castejon, Presbítero, Gobernador, Provisor, Vicario general y Oficial eclesiástico de la ciudad de Tarazona y todo su Obispado por el Excelentísimo é Ilustrísimo señor doctor don Gerónimo Castillon y Salas ( por la gracia de Dios y de la santa Sede Apostólica ) Obispo de dicha diócesi, nombrado por el Ilustrísimo Cabildo de su Iglesia legítima y canónicamente autorizado, &c.



CARTA

DEL SEÑOR OBISPO A SU SANTIDAD

y Respuesta del santo Padre  
citadas.

Beatissime Pater: = Postquam publicâ illa rerum omnium perturbatione, quæ mense



judicavi ad vestrum in Hispania Nuntium scribere, ab eo petens, ut quam rationem agendi publicæ Ecclesiarum utilitati, meæque Turiasionensis solatio optimam crederet, eam Governatori meo, ejusque antecessoribus, viris magnæ apud Capitulum auctoritati, indicare vellet, suisque simul eos consiliis juvare, si casus incideret novarum cum regiis ministris contentionum. Sed scriptas litteras nondum tabellario tradideram, cum aliæ ipsius ad me Nuntii litteræ adlatæ sunt, in quibus et consultum se à Governatoribus fuisse nuntiabat, et quid ipsis rescripsisset. His ego in ipsis meis scriptis litteris ita respondi quemadmodum adjunctum huic Epistolæ exemplar ostendit.

At cogitanti mihi postea, matureque animo perpendenti, mala casusque qui universæ Hispaniarum Ecclesiæ impendent, et imminenti Turiasionensi, cujus ipsa Capituli virtus et integritas politicæ potestatis spiritus irritabunt magis quam repriment; illud quærere visum est, num mihi quidquam agendum restat, quò cœlestis Pastoris placitis, vestræque Sanctitatis desiderio respondeam. Quo angore ut me abducerem, ad Vestram Sanctitatem confugere decrevi, meque totum vestræ voluntati committere. Equidem cum nunquam Episcopis ad Sedem Appostolicam confugientibus consilia defue-

rint plena fidelitatis et prudentiæ, nec mihi profecto deerunt, id unum cupienti, scilicet ut Deo placeam, ut Vestræ Sanctitati et universæ Ecclesiæ meus pro ejus salute gloriave decertandi paratus animus pateat, ut denique Ecclesiæ mihi concreditæ singularis amor meus, quò se ipsa amari cognoscit, et sollicitudo magis innotescat. Sed in his omnibus ita agere vellem, ut cum paratus animus pateat, minimè prudentiæ regulæ desiderentur, sed semper Episcopalis auctoritas patientiâ, et longanimitate comitata procedat. Fuit et alia ratio quæ me, ut ad Vestram Sanctitatem confugerem movit. Nam cum intelligerem, eum esse ecclesiasticarum rerum in Hispania statum miserum, ut nulla nisi vestra apostolica auctoritate, hispano populo semper charissima et spectatissima, ab imminente ruina revocari possent; existimavi Episcopos, qui particularibus Ecclesiis præpositi sumus, nihil agere oportere, nisi collatis prius cum vestra Sanctitate consiliis, ut ita singulorum rationes, Universalis Episcopi, supremique catholicis exercitus Ducis prudentiâ regantur; cunctorumque vires in unum conspirent. *et ubi sanctitas circa se est*  
 Peto igitur à Vestra Sanctitate humillimè atque instantissimè, ut si quid à me agendum opportunum ducat, velit mihi illud significare; tum etiam ut mihi indicet, num



si casus inciderit quo pulso presente meæ  
 Dicecesis Governatore, indignus alius, mei-  
 que, ac proinde ecclesiasticæ auctoritatis des-  
 pector pro illo collocetur, probentur à ves-  
 tra Sanctitate ea quæ ad vestrum apud His-  
 panos Nuntium scripsi, aut magis opportu-  
 num existimet ut me vestræ fidei curæque  
 commitam. Interea vestram etiam apostoli-  
 cam benedictionem exposco. In exilio prope  
 Bajonam Galliæ, Idibus Octobris, anni  
 MDCCCXXI. = Beatissime Pater: = Vestræ  
 Sanctitatis obsequentissimus filius. = Hiero-  
 nymus, Episcopus Turiasonensis Regni Ara-  
 gonum in Hispania.

\*\*\*\*\*  
*La misma en castellano.*

**B**eatísimo Padre: = Despues que por  
 aquella pública y general turbacion que  
 en el 7 de marzo de 1820 se trastornó á un  
 mismo tiempo el antiguo régimen de la Mo-  
 narquía española, y á su consecuencia se abo-  
 lió el santo tribunal de la Inquisicion como  
 entonces escribí á V. S., me ví obligado á de-  
 jar la Côte, cesar en el egercicio de Inqui-  
 sitor general, y retirarme á mi diócesis y  
 ciudad de Tarazona; mas desde entonces qué

cúmulo de aficciones, cuántas y cuán fre-  
 cuentes, y qué penosas y amargas contestacio-  
 nes, asi en esta mi diócesis como en las de-  
 mas del Reino se han ofrecido y excitado con  
 los que se han tomado las riendas del Gobier-  
 no! Pues habiendo el Rey vístose obligado á  
 jurar y jurado la Constitucion política publi-  
 cada en Cádiz el 1812, y mandado á todos  
 los españoles el que la jurasen, y declarado se  
 tuviesen por válidos y observasen como leyes  
 casi todos los decretos que asi de las Córtes  
 generales extraordinarias como de las ordina-  
 rias subsiguientes habian procedido, al man-  
 darlos á egecucion se han tocado las muchas é  
 increíbles dificultades que varios de ellos trae-  
 rian particularmente para los que, como yo,  
 estábamos encargados de las cosas eclesiásti-  
 cas. Examinándolos todos y cada uno con to-  
 da madurez, y pesando el miserable estado de  
 las circunstancias, he procurado del modo po-  
 sible, y segun dictaba la prudencia, ó bien  
 eludir las dificultades, ó bien resistirlas, te-  
 niendo sobre todo presente y fija siempre la  
 mira lo primero en no hacer ó conceder co-  
 sa alguna de la que la Iglesia pudiera pade-  
 cer algun detrimento; y despues el que mis  
 piadosos y amados fieles entendiesen ya por  
 medio de mis Sacerdotes ó coadjutores, ya  
 por mi modo de obrar, y ya por mi forzado  
 silencio, qué es lo que yo mismo pensaba,



Martio anni MDCCCXX, et veterem Hispani regiminis formam evertit, et Inquisitionis institutionem apud nos extinxit, Matrigo excedere, ab Inquisitoris generalis gerendo munere abstinere, meque Turiasonum transferre coactus sum, quemadmodum tunc temporis ad Vestram Sanctitatem scripsi: mirum est quot molestiarum moles, in mea, sicut et in cæteris Dicecesibus, extiterint, quamque crebræ cum his qui rempublicam tenebant, acerbæque contentiones sese obtulerint. Nam cum Rex, non solum politicæ Constitutioni Gadibus anno MDCCCXII editæ sacramento se obstrinxisset, omnesque hispanos obstringi jussisset, verum etiam decreta fere omnia à primitivis illis comitiis et subsequentibus emanantia pro legibus habenda declarasset; cum de illis executioni mandandis actum est, plena multa incredibilis et multiplicis difficultatis inventa sunt, nobis præsertim rebus ecclesiasticis præpositis. Cui difficultati modo eludere, modo obsistere curavi, prudenter singula matureque perpendens, miserumque rerum statum præ oculis habens; atque in id semper animo intentus, nimirum ut primo, nihil aut agerem aut concederem, ex quo Ecclesia quidquam damni capere posset; deinde verò, ut intelligerent pii amatique fideles, Coadjutorum meorum ministerio, mea agendi ratione, meoque ip-

so violento silentio instructi, quid ipse aut cogitarem, aut timerem, aut optarem, quæque ab ipsis via tenenda foret. Postea vero, à quo die scilicet comitia convenerunt, angustia quæ antea graves, summæ fuerunt, ortaque tempestas turbulentior in dies evenit, præcipua ecclesiasticæ disciplinæ capita indefesso et efrenate impetens. Quo tempore, Metropolitano aliisque Fratribus consociatus, duplicem libellum subscripsi, in quo primum Regi ecclesiasticæ auctoritatis originem, ejusque ab omni humana potestate libertatem, deinde vero à Comitibus hanc ipsam auctoritatem crebrò usurpari exponebamus; ac demùm piissimum Principem, quin et comitia ipsa precabamur, ut abrogatis decretis illis, quæ præter rerum ordinem ab illegitima potestate lata fuerant, nihil in posterum de rebus ecclesiasticis statueretur nisi aut vestræ Apostolicæ Sedis auctoritas intercederet, aut Concilium nationale juxta canones celebraretur.

Comitia interea causam agitabant adversus Deputatos Comitiorum anni MDCCCIV, qui numero sexaginta novem (quos inter et ipse eram) Regi à captivitate redeunti exposuerant, quæ mala Rempublicam premerent, miserumque ejus statum et imminentem ruinam; proponebantque quid eorum juditio agendam foret, ut felicitas publica



restitui, et christiana Religio apud Hispanos retineri posset; id illi summopere suadentes, ne scilicet ullo modo se Sacramento obstringeret politicæ Constitutioni, cujus amarissimos fructus nunc demum capimus, quæque si ab illo die regnasset, rempublicam quam nunc vix tenemus, jamdiu nullam haberemus. Ea tempestate, maxima populorum pars, cunctasque ferè exercitus, eadem vota, idemque consilium publicæ, et sæpe emisserant; Rexque ipse suis oculis viderat, auribusque audiverat nihil in Deputatorum scripto nisi ipsa populorum et exercitus vota contineri, nihil quod utriusque nutibus clamoribusque non flagitarent. Evidentissimum profecto est, quod etsi consilium de liberanda ab interitu patria in crimen verti posset, philosophorum chorum tergiversatione et fallaciis, quorum operâ vera rerum nomina amissa sunt, numquam tamen reos haberi posse quin et exercitus et urbes innumeræ, omnisque proinde populus talis censeatur. Sed cum ab universo populo pœnas sumere impossibile esset, omnem animi sæcili acerbitem in Deputatos converterunt, quos dignitatibus, muneribus, juribus privatos declararunt. Comitiam ipsa, quamquam ab ipsa Constitutione judicalem potestatem exercere Comitiam vetitum sit, et Clerici aliunde proprio foro eadem constitutione gaude-

rent, eò præsertim tempore quo crimen admissum putabatur; tunc enim nec ipsæ quidem leges; quæ nunc forum ecclesiasticum penè abstulerunt, latæ fuerant. Ego vero, quamquam leges politicæ ecclesiastico ordini infestæ fuissent, æquum existimassem à quacumque ecclesiasticorum jurium violatione reclamare; at cum illæ non modo non infestæ sed maxime ecclesiasticæ libertatis protectrices apparerent, illisque ipsis injuriosa Comitiorum sententia reprobaretur, utilissimum quin et necessarium existimavi, non modo ecclesiasticorum canonum, sed earum etiam patrocinio me tueri, et judicium Comitiorum declinare. Quæ cum Regi Comitiorum mihi decretum transcribenti, bis opposuissem; is vero meas responsiones ad comitia retulisset; comitia hanc peremptoriæ exceptionis adeo manifestæ propositionem, despectionem esse suæ auctoritatis declararunt; ideoque ita mecum Regem agere oportere quemadmodum cum aliis Episcopis publicæ auctoritatis contemptoribus agi solitum fuerat. Rex, responso accepto, Regno me expulit, universis meis redditibus retentis, nullaque pensione ne alimentorum quidem titulo designata: itaque quindecim militibus, duobusque Centurionibus stipatus nocte Dicecesi valedicens, in Galliam perveni, hinc prope Bayonnensem Urbem pedem fixi.



Harum rerum omnium certiozem Vestram Sanctitatem existimo optimi vestri apud Hispaniarum Regem Nuntii litteris, ad quem singula, prout res sese offerebant, referre cura mihi fuit, quique magnum mihi sæpè solatium attulit, dum non solum probari à se omnem meam agendi rationem significabat, sed et Vestræ Sanctitati perjucundam fore.

Hispaniam relicturus, cum mihi totius pœne mei Capituli pietas et integritas, ejusque in novatores eorumque doctrinas horror et zelus certo certius constaret, facultatem ipsi delegavi unum vel plures Gubernatores nominandi, qui meo nomine et auctoritate Diœcesim regerent, et illis deficientibus, alium vel alios, scilicet ut legitima semper jurisdictionis præsto esset: Epistolam ad ipsum simul mittens, quâ amati gregis curam, et gementis Ecclesiæ causam vehementissimè illi commendabam. Acceperat Capitulum eodem tempore regias litteras per alterum Centurionem allatas, quibus illi injunctum erat, ut statim Vicarium Capitularem ad Diœcesim auctoritate Capituli gubernandam nominaret, eodem nimirum modo ac si Sedes de facto aut jure vacaret. Ast illud nihil inter politica decreta et catholicam regulam cunctatum, delegatis à me facultatibus utens, tres meo nomine Gubernatores de Corpore ipso nominavit, qui jurisdictionem meo etiam nomine

exercerent; quos et ipse, cum mihi suam nominationem renunciarent, in eo munere confirmavi. Evasisse feliciter casus omnes videbamur, cum aliæ regis litteræ ad Capitulum delatæ quærebantur, Gubernatores politico constitutionis ordini infensos esse, eosque non Capituli sed meo nomine Diœcesim gubernare, jubebantque, ut illis sublatis, alii eligerentur qui se scriptis regis accommodarent. Capitulum etsi ad aliam nominationem procedere utilius existimavit quam totis regis litteris obsistere, hanc tamen facultatibus à me delegatis perficere decrevit, atque ea conditione, ut administratio meo nomine fieret. Itaque tribus prioribus, unum subrogavit, virum probatæ doctrinæ et virtutis, quemque ipse Seminario Tridentino Turisonensi præposueram. Is statim de oblato sibi munere certiozem me fecit, eumque sicut antea pristinos confirmavi. Verumtamen multum abest, ut res Diœcesanas in tuto collocatas putem; nam qui, aut ambitione, aut impietate, aut turpi in novi regiminis principes adulatione ducti, ab administratione primos Gubernatores pelli flagitarunt et consequuti sunt, iidem nunc in posteriorem maquinantur; valdeque timendum est, ut aliæ regis litteræ Capitulum in novas acerbioresque angustias reducant. ~~meo~~  
In tanta rerum difficultate opportunum